



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 104. Medicæus Cardinalis in Papam salutatus, ac Clemens VII. Papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI.
A.C. 1523.

§. CIV.

Medicæus Cardinalis in Papam salu-
tatus, ac Clemens VII. dictus.

Cum ergo Columna Medicæo cum se-
ptem vel octo suffragiis a suo arbi-
trio dependentibus accessisset, nulli am-
plius difficultati obnoxia erat illius ele-
ctio; unde unanimi omnium suffragio
hoc anno millesimo quingentesimo vige-
simo tertio die decima nona Novembris
Pontifex salutatus est, postquam con-
clave menses duos, & amplius tenuit.
Agebat tum electus quadragesimuma
quintum ætatis annum.

Duchesne
p. 388.

Spond. ann.

1523. n. 25.

Gnec. l. 15.

Raynald. an.

1523. n. 125.

Ciacon. in

Clem. VII.

tom. 3. p. 443.

Peracta hac electione Sacelli porta
aperiebatur, & sacrorum rituum Magi-
ster ingredi iussus Neo-electum Papam
Pontificio habitu ornavit, postea autem
ad aram in sede collocabatur, cujus pe-
des cuncti Cardinales sacro osculo vene-
rabantur, ubi tenero prorsus affectu sin-
gulos amplectebatur. Voluit is propri-
um Julii nomen retinere, sed ad non-
nullorum monitiones, hac religione ta-
ctus, quod omnes Pontifices, qui no-
men non mutassent, brevi mortem op-
petiissent, ipse quoque nimia credendi
facilitate devictus Clementis VII. ap-
pellationem assumpsit, nulla habita ra-
tione illius Anti-papæ, qui in schisma-
te

te id nominis tulisset. Dein cum populo turmatim confluente bene precaretur, ad Basilicam S. Petri deferebatur, sequentibus eum Cardinalibus & populo, ubi itidem honores, quibus in conclavi affectus erat, publice accepit.

§. CV.

Historia Clementis VII. Papæ.

Patrem habuit hic Pontifex Julianum de Medicis, qui Florentiæ Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo in conjuratione Paziorum interfectus obiit, post cujus mortem ex quadam foemina (*), quæ pro palam legitima uxor non habebatur, filius posthumus a vulgo appellabatur Juliani Nothus. Hunc Laurentius, qui cædis periculum in eadem conspiratione evaserat, summa cura educari jussit, eumque in proprio suo Palatio Magistris longe celeberrimis instituendum tradidit. Erat cunctis suæ familiæ percarus, eo vel maxime, quod lineamentis oris totoque corporis habitu Juliano Patri suo simillimus esset, qui dein primo Hierosolymitanus S. Joannis Eques & Capuæ Prior creatus est, cum vero ejus

Patruus

(*) Pallavicinus Hist. Concil. Trid. lib. 2. cap. 10, illam Florentiam appellat.

Sæcul. XVI.
A C. 1523.

Duchefne
hist. des Papes p. 381.
Ciaccon. l. 6.